

ΕΥΚΛΕΙΔΟΥ ΣΤΟΙ ΧΕΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

EVCLIDIS ELEMENTORVM GEO- metricorum liber secundus.



Vnit ex hoc libro secundo Arithmeticus pulchra sui calculi compendia, multæ item regularum Algebrae æquationes, & nonnulla etiam harum regularum fundamenta, per huius secundi libri propositiones demonstrare solet. Habet præterea is liber propositiones duas, unam quidem pro Amblygonio, alteram deinde pro

Oxygonio triangulo. illæ uerò quantum utilitatis, si in reastronomica ad penultimam propositionem primi, de Orthogonio triangulo expositam, referantur, afferre soleant, norunt qui in hac disciplina aliquandiu uersati sunt. Quare si nullum alium præterea usum haberet, ob has duas saltem propositiones præsens hic liber maximopere amplectendus & perdiscendus esset.


ΟΡΟΙ.

Πᾶν πῶαλληλόγραμμορ ὀρθογώνιορ περιέχεσθαι λέγεται, ἔωδὸ δύο, τῶν τῶν ὀρθῶν γωνίαρ ποδμεχασῶρ ἐνθειῶρ

DEFINITIONES.

Prima. Parallelogrammum rectangulum quid.


Omne parallelogrammum rectangulum sub duabus, rectum angulum comprehendentibus, rectis lineis dicitur contineri.



Γανῶσ δὲ πῶαλληλογράμμου χωρίσ, τῶν ποδὲ τῶν διαμέτρορ αὐτοῖεμ πῶαλληλογράμμου ὁποιοῦεμ, (ὡν τῶσ δὲ ὑσὶ πῶαπληρώμασι, Γνώμων καλεῖσθω.

Secunda. Gnomon quid.

Omnis parallelogrammi spacij, eorum quæ circa diametrum illius



sunt parallelogrammorum unumquodque, cum duobus supplementis, Gnomon uocetur.

S Sententia